NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Medicinische Bibliothek

Verlag: Dieterich

Jahr: 1783/84

Kollektion: Blumenbachiana; vd18.digital

Werk Id: PPN659391201_0001

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN659391201_0001|LOG_0042

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

II.

Hrn. Gottlieb Emanuel von Haller (des großen Raths der Republik Bern) Nachricht von einem in ihrem neunten Jahre geſchwängerten Mädgen.

Eſt reipublicae patriae vallis quaedam, quae a maiori aurifero flumine, Emmia dicto, *Emmenthal* audit, Lucernenſi ditioni finitima. Fertiliſſima haec eſt paſcuorum opimorum, et caſeorum exhibet inſignem copiam, quorum et in Gallia, et in Heluetia non vltima laus eſt. Aëre haec prouincia gaudet temperatiori, montibus minus excelſis, cum mercurius vix ad 23 vel 24 gradum deprimatur, apicesque montium paſcuis ornati ſint. Sexus vterque pulcher, coloribus amoeniter mixtis. Statura quinquepedalem ſemper excurrit, hexapedalem non raro adtingit. Viuendi ratio ſimplex, lacte plerumque nutriuntur, caſeo, et illius ſpecie inprimis, quae incolis Zieger dicitur. Pubertas ſexus ſequi-

quioris circa 16 vel 17 annum matura, virilis circa 18 vel 20.

In hac feliciſſima regione, in villa *Laupersvilenſi*, *Trachſelwaldenſis* praefecturae, nata fuit die ſeptima Februarii anni milleſimi ſeptingenteſimi quinquageſimi primi, puella *Anna Mummenthaler*, ex parentibus *Vlrico Mummenthaler* et *Barbara Labegner* progenita.

Anno 1759 abdomen huius puellae vehementer intumeſcebat, at grauidam illam eſſe, nemo ſuſpicabatur, hydropicam credebant, et medicamenta congrua propinabant parentes. Tandem die 30 Nouembris eiusdem anni partus dolores miſeram per ſextiduum inuaſerunt. Sexta die, quinta nempe Decembris brachium foetus prodiit. Matercula matris — illa chirurgi ruſtici *Ioannis Friderici Brum* auxilium implorauit. Iudicauit pſeudochirurgus ille, foetum mortuum, et putredinis principia paſſum eſſe. Artis obſtetriciae ignarus pedes foetus, vt in ſitum naturalem illum reduceret, attingere non potuit. Per fruſta ergo eximendum ſibi perſuaſit. Brachium propendens continuo amputauit, ventrem ape-

 ruit,

ruit, et forcipe illis ſimili quibus fabri vtuntur, labia vulneris inflicti premens, totum cadauer excepit.

Foetus ſexus fuit ſequioris, ad tempus legitimum geſtus, crinibus et vnguibus rite praeditus, ad rationem materculae ſuae grandis.

Matercula ipſa ſalua euaſit. Staturae eſt pro aetate ſua communis, ita vt proceriores tamen videre liceat. Solito pinguior, pubes matura, lactis copia ad nutriendum ſi vixiſſet foetum ſufficiens; menſtrua a *ſecundo aetatis anno* paſſa, quae ad grauiditatem vsque, et a partu hucusque continuata fuere. Interrogata num motus foetus ſenſerit, reſpondit affirmando, at pro ſimplicitate ſua, animal quoddam, quod in ventrem irrepſerit, crediſiſſe. Patrem foetus accuſauit patruum ſuum, qui fuga ſibi conſuluit, ne meritas et fortaſſin capitales poenas, pro tanto crimine lueret.

En omnia, quae ex ſimplicibus parentibus, ex imperiti chirurgi relatione, et ex autopſia, mihi innotuerunt.

Regiſter.